

RITUS ORDINATIONIS EPISCOPI

Ritus initiales et Liturgia verbi

31. Omnibus rite dispositis, ordinatur processio per ecclesiam ad altare modo consueto. Diaconum librum Evangeliorum, qui in Missa et Ordinatione adhibetur, deferentem et alios diaconos, si adsint, sequuntur presbyteri concelebrantes, deinde electus medius inter presbyteros sibi assistentes, postea Episcopi ordinantes ac denique Episcopus ordinans principalis et paulisper retro eum duo diaconi ei assistentes. Cum ad altare pervenerint, facta debita reverentia, omnes accedunt ad loca sibi assignata. Curandum est tamen ut distinctio inter Episcopos et presbyteros manifeste appareat etiam dispositione locorum.

Interim canitur antiphona ad introitum cum suo psalmo vel alius cantus aptus.

32. Ritus initiales et liturgia verbi peraguntur more consueto usque ad Evangelium inclusive.

33. Si vero Episcopus in sua ecclesia cathedrali ordinatur, post salutationem populi unus e diaconis vel ex presbyteris concelebrantibus Litteras apostolicas Collegio consultorum, præsente cancellario Curiae qui rem in acta referat, ostendit ac deinde ad ambonem legit, quas omnes sedentes auscultant et in fine acclamant, dicentes: Deo grátias vel aliam acclamationem aptam.

In diócesibus vero noviter erectis, clero ac populo in ecclesia cathedrali præsentibus earundem Litterarum communicatio fit, presbytero inter præsentes seniore acta referente.

34. Post lectionem Evangelii, diaconus librum Evangeliorum iterum super altare reverenter deponit, ubi remanet usquedum super caput Ordinati positum fuerit.

Ordinatio

35. Deinde incipit Ordinatio Episcopi. Omnibus stantibus, cani potest hymnus *Veni, creátor Spíritus*, vel alius hymnus huic respondens, iuxta locorum consuetudines.

36. Deinde Episcopus ordinans principalis aliique Episcopi ordinantes accedunt, si opus est, ad sedes pro Ordinatione paratas.

Præsentatio electi

37. Electus a presbyteris ipsi assistentibus adducitur ante Episcopum ordinantem principalem, cui reverentiam facit.

38. Unus e presbyteris assistentibus alloquitur Episcopum ordinantem principalem his verbis:

Reverendissime Pater, póstulat Ecclésia N., ut presbýterum N. ad onus Episcopátus órdenes.

Si vero agitur de Episcopo ordinando non residentiali:

Reverendissime Pater, póstulat sancta Mater Ecclésia cathólica, ut presbýterum N. ad onus Episcopátus órdenes.

Episcopus ordinans principalis illum interrogat, dicens:

Habétis mandátum Apostólicum?

Ille respondet:

Habémus.

Episcopus ordinans principalis:

Legátur.

Tunc legitur mandatum, omnibus sedentibus. Quo perlecto, omnes electioni Episcopi assentiunt, dicentes:

Deo grátias,

vel alio modo, iuxta Prænotanda generalia n. 11 statuto, electioni assentiunt.

Homilia

39. Tunc Episcopus ordinans principalis, omnibus sedentibus, homiliam habet, in qua, initium sumens e textu lectionum quæ in liturgia verbi lectæ sunt, clerum ac populum necnon electum de munere Episcopi alloquitur. De tali munere autem loqui potest his vel similibus verbis, aptando tamen textum, si ordinatur Episcopus non residentialis:

Dilectissimi, sédulo atténdite, ad qualem in Ecclésia gradum frater noster sit provehéndus. Dóminus noster Iesus

Christus, a Patre missus, ut genus humanum redimeret, ipse in mundum duodecim misit Apóstolos qui, Spíritus Sancti virtúte repléti, Evangélium prædicarent et omnes gentes in unum ovile congregantes, sanctificarent et gubernarent. Ut autem hoc munus usque ad finem sæculi permaneret, Apóstoli sibi adiutores elegerunt, quibus donum Spíritus Sancti a Christo acceptum per impositionem manuum tradiderunt, qua Ordinis sacramenti plenitudo confertur. Sic a generatione in generationem principalis traditio per successionem Episcoporum continua servata est et opus Salvatoris ad nostra usque tempora perseverat et crescit.

In Episcopo a presbyteris suis circumdato adest in medio vestri ipse Dominus noster Iesus Christus, Pontifex factus in æternum. Ipse enim in ministerio Episcopi Evangélium prædicare et credentibus mysteria fidei ministrare non desinit. Ipse paterno Episcopi munere nova membra corpori suo addit et aggregat. Ipse Episcopi sapientia et prudentia vos in peregrinatione terrena ad beatitudinem perducit æternam.

Grato igitur lætæque animo fratrem nostrum excipite, quem nos, Episcopi, per impositionem manuum in collegium nostrum cooptamus. Illum honorate ut ministrum Christi et dispensatorem mysteriorum Dei, cui testificatio Evangelii veritatis conceditur atque ministratio Spíritus et iustitiæ. Mementote verborum Christi dicentis Apóstolis: « Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit ».

Tu autem, frater carissime, electus a Domino, cogita te ex hominibus esse assumptum et pro hominibus constitutum in iis quæ sunt ad Deum. Episcopatus enim nomen est operis, non honoris, et Episcopum magis prodesse quam præesse oportet. Nam qui maior est, secundum Magistri præceptum, sit ut minor, et qui præcessor est, sicut ministrator. Prædica opportune, importune, increpa in omni patientia et doctrina. In oratione et sacrificii oblatione pro populo tibi commisso,

.pisco-

linan-

býte-

a ca-
ines.

ines

ioni

ho-
in
de
his
usra-
us

de plenitudine sanctitatis Christi multifórmem grátiam abundanter stúdeas impetráre.

In Ecclésia tibi crédita, mysteriórum Christi dispensátor, moderátor et custos esto fidélis. Eléctus a Patre ad eius gubernándam familiam, memor esto semper boni Pastóris, qui oves suas cognóscit et quem oves cognóscunt, et qui ánimam pónere pro óvibus suis non dubitávit.

Univérsos, quos Deus tibi commíttit, patérna atque fratérna dilige caritáte, imprimis presbýteros et diáconos, tuos in ministério Christi consórtes, sed et páuperes et débiles, peregrínos et ádvenas. Hortáre fidéles ut in ópere apostólico tecum labórent, eósque libénter audíre ne rénuas. De illis autem, qui nondum uni Christi ovíli sunt aggregáti, curam hábeas indeféssam, tamquam tibi in Dómino commendátis. In Ecclésia cathólica, caritátis vínculo adunáta, numquam obliviscáris te collégio Episcopórum esse coniúctum, ita ut ómnium Ecclesiárum sollicitúdinem ferre non désinas et Ecclésiis auxilió egéntibus libénter subvénias. Atténde igitur univérso gregi in quo Spíritus Sanctus te ponit régere Dei Ecclésiám, in nómine Patris, cuius in Ecclésia imáginem repræséntas, et in nómine Fílii eius Iesu Christi, cuius múnere Doctóris, Sacerdótis et Pastóris fungéris, et in nómine Spíritus Sancti, qui Ecclésiám Christi vivíficat et infirmitátem nostram sua virtúte confirmat.

Promissio electi

40. Post homíliam electus solus surgit et stat ante Episcopum ordinantem principalem, qui illum interrogat his verbis:

Antíqua sanctórum Patrum institútio præcipit, ut, qui Episcopus ordinándus est, coram pópulo interrogétur de propósito fídei servándæ et múnere exsequéndi.

Vis ergo, frater caríssime, munus nobis ab Apóstolis créditum et tibi per impositionem mánuum nostrárum tradéndum cum grátia Spíritus Sancti usque ad mortem explére?

D)

st
gnun
ris

ex:

ten
din

na abun-

ensátor,
ius gu-
ris, qui
animam

ue fra-
os, tuos
lébiles,
ostólico
De illis
curam
endátis.
nquam
, ita ut
; et Ec-
; ígitur
ere Dei
nem re-
núnere
ne Spí-
ritátem

im ordi-

ui Epí-
propó-

lis cré-
tradén-
plére?

Electus respondet:

Volo.

Episcopus ordinans principalis:

Vis Evangélium Christi fidéliter et indesinéter prædicáre?

Electus:

Volo.

Episcopus ordinans principalis:

Vis depósitum fidei, secúndum traditióem inde ab Apóstolis in Ecclésia semper et ubíque servátam, purum et íntegrum custodíre?

Electus:

Volo.

Episcopus ordinans principalis:

Vis corpus Christi, Ecclésiam eius, ædificáre et in eius unitáte cum Ordine Episcopórum, sub auctoritáte successóris beáti Petri Apóstoli, permanére?

Electus:

Volo.

Episcopus ordinans principalis:

Vis beáti Petri Apóstoli successóri obædiéntiam fidéliter exhibére?

Electus:

Volo.

Episcopus ordinans principalis:

Vis plebem Dei sanctam, cum comminístris tuis presbýteris et diáconis, ut pius pater, fovére et in viam salútis dirigere?

Electus:

Volo.

Episcopus ordinans principalis:

Vis paupéribus et peregrínis omnibúsque indigéntibus
propter nomen Dómini affábilem et misericórdem te præbere?

Electus:

Volo.

Episcopus ordinans principalis:

Vis oves errántes ut bonus pastor requíreret et ovíli domí-
nico aggregáre?

Electus:

Volo.

Episcopus ordinans principalis:

Vis Deum omnipoténtem pro pópulo sancto indesinénter
oráre et sine reprehénsione summi sacerdotii munus explére?

Electus:

Volo, Deo auxiliánte.

Episcopus ordinans principalis:

Qui cœpit in te opus bonum, Deus, ipse perfíciat.

Suñ

41.
pus
dicii

C



tã



i:


Oré
ut
util.
ben
grá42.
dem
buss
com

Fle

Supplicatio litanica

41. Deinde Episcopi mitram deponunt et omnes surgunt. Episcopus ordinans principalis stans, manibus iunctis, versus ad populum dicit invitatorium:

bus
re?




Orémus, di-lectíssimi nobis, ut hu-ic e-lécto, u-ti-li-
(his el-éc-tis)

mí-



tá-ti Ecclé-si-æ próvi-dens, be-nígni-tas omnipoténtis De-




i grá-ti-æ su-æ trí-bu- at largi-tá-tem.

ter
re?

Orémus, dilectíssimi nobis,
ut huic elécto,
utilitáti Ecclésiæ próvidens,
benígnitas omnipoténtis Dei
grátiae suæ tríbuat largitátem.

42. Tunc electus procumbit et canuntur litaniae, omnibus respondentibus; quod diebus dominicis necnon tempore paschali fit omnibus stantibus, ceteris autem diebus flexis genibus. Quo in casu diaconus admonet:



Flectámus génu- a.

In litanis addi possunt suis locis aliqua nomina Sanctorum, ex. gr. Patroni, Titularis ecclesiae, Fundatoris, Patroni eius qui Ordinationem recipit, aut aliquae invocationes magis aptae singulis circumstantiis.

Sanctorum cognomina, inter parentheses posita, opportune omituntur, quando litaniae latina lingua canuntur.

Kýrie, eléison.

Kýrie, eléison.

Christe, eléison.

Christe, eléison.

Kýrie, eléison.

Kýrie, eléison.

Sancta María, Mater Dei,

ora pro nobis.

Sancte Michael,

ora pro nobis.

Sancti Angeli Dei,

oráte pro nobis.

Sancte Ioánnes Baptísta,

ora pro nobis.

Sancte Ioseph,

ora pro nobis.

Sancte Petre,

ora pro nobis.

Sancte Paule,

ora pro nobis.

Sancte Andréa,

ora pro nobis.

Sancte Iacóbe,

ora pro nobis.

Sancte Ioánnes,

ora pro nobis.

Sancte Thoma,

ora pro nobis.

Sancte Iacóbe,

ora pro nobis.

Sancte Philíppe,

ora pro nobis.

Sancte Bartholomæe,

ora pro nobis.

Sancte Matthæe,

ora pro nobis.

Sancte Simon,

ora pro nobis.

Sancte Thaddæe,

ora pro nobis.

Sancte Matthía,

ora pro nobis.

Sancta María Magdaléna,

ora pro nobis.

Sancte Stéphane,

ora pro nobis.

Sancte Ignáti Antiochéne,

ora pro nobis.

Sancte Lauréti,


ora pro nobis.

Sanctæ Perpétua et Felícitas,

oráte pro nobis.

Ut cunctis pópulis pacem et veram
 concórdiam donáre dignéris, te rogámus, audi nos.
 Ut ómnibus in tribulatióne versán-
 tibus misericórdiam tuam lar- te rogámus, audi nos.
 gíri dignéris,
 Ut nosmetípsos in tuo sancto ser- te rogámus, audi nos.
 vítio confortáre et conserváre
 dignéris, te rogámus, audi nos.
 Iesu, Fili Dei vivi,
 Christe, audi nos.
 Christe, audi nos.
 Christe, exáudi nos.
 Christe, exáudi nos.


43. Litaniarum cantu expleto, Episcopus ordinans principalis stans, manibus extensis, dicit:



Pro-pi-ti-á-re, Dómine, suppli-ca-ti-ó-nibus nostris, et in-



cli-ná-to super hunc fámu-lum tu-um cor-nu grá-ti-æ sa-cer-
 (hos fámu-los tu-os)



do-tá-lis, bene-dicti-ó-nis tu-æ in e-um effúnde virtú-
 (e-os)



tem. Per Christum Dóminum nostrum.

Omnes:




Amen.

Propitiare, Dómine, supplicatióibus nostris,
et inclináto super hunc fámulum tuum
cornu grátiae sacerdotális,
benedictiÓNis tuæ in eum effúnde virtútem.
Per Christum Dóminum nostrum.

Omnes:

Amen.

Diaconus, si casus fert, admonet:



Le-vá-te.

Et omnes surgunt.

Impositio manuum et Prex Ordinationis

44. Electus surgit, accedit ad Episcopum ordinantem principalem stantem ante sedem cum mitra, et coram eo genua flectit.

45. Episcopus ordinans principalis imponit manus super caput electi, nihil dicens. Deinde omnes Episcopi, accedentes successive, electo manus imponunt, nihil dicentes.


Post autem impositionem manuum Episcopi circa Episcopum ordinantem principalem manent, usquedum Prex Ordinationis finiatur, ita tamen ut actio a fidelibus bene conspici queat.

46. Deinde Episcopus ordinans principalis accipit librum Evangeliorum ab uno diacono et imponit apertum super caput electi; duo diaconi, a dexteris et sinistris electi stantes, tenent librum Evangeliorum super caput ipsius usquedum Prex Ordinationis finiatur.


47. Electo ante ipsum genuflexo, Episcopus ordinans principalis, dimissa mitra, habens apud se alios Episcopos ordinantes, pariter sine mitra, profert, extensis manibus, Precem Ordinationis:




De- us et Pa-ter Dómi-ni nostri Iesu Christi, Pa-ter mi-se-



ri-cordi- árum et De- us to-tí- us conso-la- ti- ó-nis, qui in



excélsis há-bi-tas et humí- li- a réspi- cis, qui cognóscis óm-




ni- a ántequam nascántur, tu qui de-dísti in Ecclé- si-



a tu- a normas per verbum grá- ti- æ tu- æ, qui prædesti-



násti ex princí- pi- o genus iustó- rum ab Abraham, qui con-



sti- tu- ísti príncipes et sacerdoté- tes, et sanctu- á- ri- um tu-

ncipalis,
pariter

mi-se-

qui in


s óm-

é-si-


sti-

con-

tu-




um sine mi-nisté-ri- o non de-re-liquísti, cu- i ab i-ní-ti-




o mundi plá-cu- it, in his quos e-le- gísti glo- ri- fi- cá- ri:


Sequens pars orationis ab omnibus Episcopis ordinantibus, mani- bus iunctis, profertur, submissa voce tamen, ut vox Episcopi ordi- nantis principalis clare audiatur:




Et nunc effúnde super hunc e-léctum e- am virtútem, quæ
(hos e- léctos)




a te est, Spí-ri-tum principá-lem, quem de- dísti di- lécto



Fí- li- o tu- o Ie- su Christo, quem ipse doná- vit sanctis A-



pósto- lis, qui consti- tu- é- runt Ecclé- si- am per síngu- la lo-



ca ut sanctu- á- ri- um tu- um, in gló- ri- am et laudem in-



de- fi- ci- éntem nóminis tu- i.


Prosequitur solus Episcopus ordinans principalis:



Da, córdi- um cógni- tor Pa- ter, hu- ic ser- vo tu- o, quem e-
(his servis tu- is, quos)



le- gí- sti ad E- piscopá- tum, ut pas- cat gre- gem sanctum tu-
(pascant)



um, et summum sa- cerdó- ti- um ti- bi ex- híbe- at sine re-
(exhíbe- ant)




prehensi- óne, sérv- ens ti- bi nocte et di- e, ut incessán-
(servi- éntes)



ter vultum tu- um propí- ti- um reddat et óffe- rat do-
(reddant) (óffe- rant)




na sanctæ Ecclé- si- æ tu- æ; da ut virtú- te Spí- ri- tus



summi sa- cerdó- ti- i hábe- at po- testá- tem di- mitténdi pec-
(hábe- ant)




e-)



cá-ta se-cúndum mandá-tum tu-um; ut distri-bu- at múne-
(distri-bu- ant)




tu-



ra se-cúndum præcéptum tu- um et solvat omne víncu-
(solvant)




re-



lum secúndum po-testá-tem quam de-dísti Apósto-lis; plá-
(plá-



sán-



ce- at ti-bi in mansu- e-tú-di-ne et mundo corde, óffe-
ce- ant) (offe-




o-



rens ti-bi odó-rem su- a-vi-tá-tis, per Fí- li- um tu- um
réntes)



s



Iesum Christum, per quem ti-bi gló-ri- a et po-ténti- a



ec-




et honor, cum Spí-ritu Sancto in sancta Ecclé-si- a



et nunc et in sæcu-la sæcu-ló-rum.

Omnes:



Amen.

Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi,
 Pater misericordiárum et Deus totíus consolatiónis,
 qui in excélsis hábitas et humília réspicis,
 qui cognóscis ómnia ántequam nascántur,
 tu qui dedísti in Ecclésia tua normas
 per verbum grátiae tuæ,
 qui prædestinásti ex princípío
 genus iustórum ab Abraham,
 qui constituísti príncipes et sacerdótes,
 et sanctuárium tuum sine ministério non dereliquísti,
 cui ab inítio mundi plácuít
 in his quos eligísti glorificári:

Sequens pars orationis ab omnibus Episcopis ordinantibus, manibus iunctis, profertur, submissa voce tamen, ut vox Episcopi ordinantis principalis clare audiatur:

Et nunc effúnde super hunc eléctum
 eam virtútem, quæ a te est,
 Spíritum principálem,
 quem dedísti dilécto Fílio tuo Iesu Christo,
 quem ipse donávit sanctis Apóstolis,

qui constituérunt Ecclésiam per síngula loca
ut sanctuárium tuum,
in glóriam et laudem indeficiéntem nóminis tui.

Prosequitur solus Episcopus ordinans principalis:

Da, córdium cógnitor Pater,
huic servo tuo,
quem elegísti ad Episcopátum,
ut pascat gregem sanctum tuum,
et summum sacerdotium tibi exhíbeat
sine reprehensióne, sérviens tibi nocte et die,
ut incessánte vultum tuum propítium reddat
et ófferat dona sanctæ Ecclésiæ tuæ;
da ut virtúte Spíritus summi sacerdotii
hábeat potestátem dimitténdi peccáta
secúndum mandátum tuum;
ut distríbuat múnera
secúndum præcéptum tuum
et solvat omne vínculum
secúndum potestátem quam dedísti Apóstolis;
pláceat tibi in mansuetúdine et mundo corde,
ófferens tibi odórem suavitátis,
per Fílium tuum Iesum Christum,
per quem tibi glória et poténtia et honor,
cum Spíritu Sancto in sancta Ecclésia
et nunc et in sácula sæculórum.

Omnes:

Amen.

48. Finita Prece Ordinationis, diaconi resumunt librum Evangeliorum, quem tenebant supra caput Ordinati, et unus diaconorum librum tenet usquedum tradatur Ordinato. Omnes sedent. Episcopus ordinans principalis aliique Episcopi ordinantes sumunt mitram.

Unctio capitis et traditio libri Evangeliorum atque insignium

49. Episcopus ordinans principalis assumit gremiale linteum, accipit vas cum sacro chrismate ab uno diacono et inungit caput Ordinati ante se genuflexi, dicens:

Deus, qui summi Christi sacerdótii partícipem te effécit,
ipse te mýsticæ delibutiónis liquóre perfúndat,
et spirituális benedictiόνis ubertáte fecúndet.

Deinde Episcopus ordinans principalis lavat manus.

50. Episcopus ordinans principalis accipiens a diacono librum Evangeliorum, eum tradit Ordinato, dicens:

Accipe Evangélium
et verbum Dei prædica
in omni paciéntia et doctrína.

Postea diaconus resumit librum Evangeliorum eumque reponit in loco suo.

51. Episcopus ordinans principalis anulum in digitum anularem dexteræ manus Ordinati immittit, dicens:

Accipe ánulum, fídei signáculum:
et sponsam Dei, sanctam Ecclésiam,
intemeráta fide ornátus,
illibáte custódi.

52. Si Ordinatus pallio fruitur, Episcopus ordinans principalis illud a diacono accipit et super umeros Ordinati imponit, dicens:

Accipe pállium de confessióne beáti Petri sumptum,
quod nómine Románi Pontíficis, Papæ N.,
tibi trádimus

in siii
ut e
sit t:
cum
vinc:
et fa

53.
dicer:
Acci:
et c:
ut, c
imm
per

54.
Acc:
pas:
et z
in a
rége

55.
natii
dra,
Ordi
I
ab
com

56.
scop

in signum potestatis metropolitane,
ut eo utaris intra fines provincie ecclesiasticae tuae;
sit tibi symbolum unitatis,
cum Sede Apostolica communionis tessera,
vinculum caritatis
et fortitudinis incitamentum.

53. Deinde Episcopus ordinans principalis imponit Ordinato mitram, dicens:

Accipe mitram,
et clarescat in te splendor sanctitatis,
ut, cum apparuerit princeps pastorum,
inmarcescibilem gloriae coronam
percipere merearis.

54. Ac tandem tradit Ordinato baculum pastorem, dicens:

Accipe baculum,
pastoralis muneris signum,
et attende universo gregi,
in quo te Spiritus Sanctus posuit Episcopum
regere Ecclesiam Dei.

55. Surgunt omnes. Si Ordinatio facta est in ecclesia propria Ordinati, Episcopus ordinans principalis eum invitatur, ut sedeat in cathedra, ipse vero Episcopus ordinans principalis sedet ad dexteram Ordinati.

Episcopus autem extra Ecclesiam propriam ordinatus invitatur ab Episcopo ordinante principali, ut sedeat primus inter Episcopos concelebantes.

56. Demum Ordinatus, deposito baculo, surgit et accipit ab Episcopo ordinante principali et ab omnibus Episcopis osculum.

57. Interea usque ad finem huius ritus cani potest antiphona:




[VI] E-úntes in mundum, * alle-lú-ia, do-cé-te omnes



gentes, al-le- lú-ia. E u o u a e.

vel in Quadragesima:



[I] E-úntes in mundum, * do-cé-te omnes gentes.



E u o u a e.

cum Psalmo 95 (96), vel alius aptus cantus eiusdem generis qui conveniat antiphonæ, præsertim quando Psalmus 95 (96) tamquam Psalmus responsorius in liturgia verbi adhibitus fuerit.

Psalmus 95 (96)

Cantáte Dómino cánticum novum, *
cantáte Dómino, omnis terra.
Cantáte Dómino, benedícite nómini eius, *
annuntiáte de die in diem salutáre eius.

(Repetitur antiphona)

Annuntiáte inter gentes glóriam eius, *
in ómnibus pópulis mirabília eius.
Quóniam magnus Dóminus et laudábilis nimis, *
terríbilis est super omnes deos.

(Repetitur antiphona)

anti

58..
rull

Quóniam omnes dii géntium inánia, *
Dóminus autem cælos fecit.
Magnificéntia et pulchritúdo in conspéctu eius, *
poténtia et decor in sanctuário eius.

(Repetitur antiphona)

Afférte Dómino, famíliæ populórum, †
afférte Dómino glóriam et poténtiam, *
afférte Dómino glóriam nóminis eius.
Tóllite hóstias et introíte in átria eius, *
adoráte Dóminum in splendóre sancto.

(Repetitur antiphona)

Contremíscite a fácie eius, univérsa terra, *
dícite in géntibus: « Dóminus regnávít! ».
Etenim corréxit orbem terræ,
qui non commovébitur; *
iudicábit pópulos in æquitáte.

(Repetitur antiphona)

Læténtur cæli et exsúltet terra, †
sonet mare et plenitúdo eius; *
gaudébunt campi et ómnia, quæ in eis sunt.
Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum †
a fácie Dómini, quia venit, *
quóniam venit iudicáre terram.
Iudicábit orbem terræ in iustítia *
et pópulos in veritáte sua.

(Repetitur antiphona)

Non dicitur Glória Patri. Psalmus tamen abrumpitur et repetitur antiphona, postquam Episcopi osculum Ordinato dederunt.

58. Missa prosequitur more solito. Symbolum dicitur secundum rubricas; oratio universalis omittitur.

Liturgia eucharistica

59. In Prece eucharistica mentio Episcopi modo ordinati fit secundum has formulas:

a) In Prece eucharistica I, dicitur Hanc igitur proprium:

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ,
sed et cunctæ familiæ tuæ,
quam tibi offerimus etiam pro famulo tuo N.,
(pro me indigno famulo tuo),
quem ad episcopatus Ordinem promovere dignatus es,
quæsumus, Dómine, ut placatus accipias,
et propitius in eo (in me) tua dona custodias,
ut, quod divino munere consecutus est,
divinis effectibus exsequatur.
(Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

b) In intercessionibus Precis eucharisticæ II, post verba ... congregemur in unum dicitur:

Recordare, Dómine, Ecclesiæ tuæ toto orbe diffusæ,
ut eam in caritate perficias
una cum Papa nostro N. et Episcopo nostro N.,
(et famulo tuo N.)
quem hodie pastorem Ecclesiæ (N.) providere voluisti,
et universo clero.
Meménto etiam fratrum nostrorum ...

c) In intercessionibus Precis eucharisticæ III, post verba ... ad totius mundi pacem atque salutem dicitur:

Ecclesiam tuam, peregrinantem in terra,
in fide et caritate firmare digneris
cum famulo tuo Papa nostro N. et Episcopo nostro N.,
(et famulo tuo N.)
qui hodie pastor Ecclesiæ (N.) ordinatus est,

cum episcopáli Ordine et univérso clero,
et omni pópulo acquisitionis tuæ:
Votis huius famíliæ ...

d) In intercessionibus Precis eucharisticæ IV, post verba ... ad laudem glóriæ tuæ dicitur:

Nunc ergo, Dómine, ómnium recordáre,
pro quibus tibi hanc oblationem offérimus:
in primis fámuli tui, Papæ nostri N.,
Epíscopi nostri N., (et istíus fámuli tui N.)
quem hódie ad servítium pópuli tui elígere dignátus es,
et Episcopórum Ordinis univérsi,
sed et totíus cleri;
recordáre quoque offeréntium,
et circumstántium,
et cuncti pópuli tui,
et ómnium, qui te quærunt corde sincéro.
Meménto étiam illórum ...

60. Parentes et propinqui Ordinati Communionem sub utraque specie recipere possunt.

Ritus conclusionis

61. Expleta oratione post Communionem, canitur hymnus *Te Deum laudámus* vel alius hymnus huic respondens, iuxta locorum consuetudines. Interim Ordinatus accipit mitram et baculum ac ducitur a duobus ex Episcopis ordinantibus per ecclesiam, et omnibus benedicit.

62. Finito hymno, Ordinatus, stans ad altare vel, si est in Ecclesia propria, ad cathedram, populum breviter alloqui potest.

63. Postea Episcopus, qui liturgiæ eucharisticæ præfuit, benedictionem impertitur. Loco benedictionis consuetæ, dici potest benedictio sollemnior quæ sequitur. Diaconus dicere potest invitatorium:

Inclináte vos ad benedictiónem.

vel aliis verbis expressum.

Deinde, si Ordinatus benedictionem impertitur, prius supplicationem triplicem profert, manibus extensis:

Deus, qui pópulis tuis indulgendo cónsulis
et amóre domináris,
da Spíritum sapiéntiæ
quibus tradidisti régimen disciplínæ,
ut de proféctu sanctárum óvium
fiant gáudia æténa pastórum.

Omnes:

Amen.

Ordinatus:

Et qui diérum nostrórum númerum
temporúmque mensúras
maiestátis tuæ potestáte dispénsas,
propítius ad humilitátis nostræ réspice servitútem
et pacis tuæ abundántiam
tempóribus nostris præténde perféctam.

Omnes:

Amen.

Ordinatus:

Collátis quoque in me per grátiam tuam
propitiáre munéribus
et quem fecísti gradu episcopáli sublímem,
fac óperum perfectióne tibi placéntem
atque in eum afféctum
dírige cor plebis et præsulis,
ut nec pastóri obœdiéntia gregis
nec gregi desit umquam cura pastóris.

Omnes:

Amen.

Dein Ordinatus profert benedictionem:
Et vos omnes, qui hic simul adéstis,
benedícat omnípotens Deus,
Pater, ✠ et Fílius, ✠ et Spíritus ✠ Sanctus.

Omnes:
Amen.

Si vero Episcopus ordinans principalis benedictionem impertitur,
dicit, manibus super Ordinatam et populum extensis:
Benedícat tibi Dóminus et custódiat te;
sicut vóluit super pópulum suum te constituere pontíficem,
ita in præsénti sáeculo felícem
et æternæ felicitátis fáciat te esse consórtem.

Omnes:
Amen.

Episcopus ordinans principalis:
Clerum ac pópulum,
quem sua vóluit opitulatióne congregári,
sua dispensatióne et tua administratióne
per diutúrna témpora
fáciat felíciter gubernári.

Omnes:
Amen.

Episcopus ordinans principalis:
Quátenus divínis mónitis paréntes,
adversitatibus caréntes,
bonis ómnibus exuberántes,
tuo ministério fide obsequéntes,
et in præsénti sáeculo
pacis tranquillitáte fruántur
et tecum æternórum cívium consórtio
potíri mereántur.

Omnes:
Amen.

Episcopus ordinans principalis:
Et vos omnes, qui hic simul adéstis,
benedícat omnípotens Deus,
Pater, ✠ et Fílius, ✠ et Spíritus ✠ Sanctus.

Omnes:
Amen.

64. Data benedictione et populo a diacono dimisso, fit processio
ad secretarium more consueto.

PONTIFICALE ROMANUM

EX DECRETO SACROSANCTI ŒCUMENICI
CONCILII VATICANI II RENOVATUM
AUCTORITATE PAULI PP. VI EDITUM
IOANNIS PAULI PP. II CURA RECOGNITUM

DE ORDINATIONE EPISCOPI, PRESBYTERORUM ET DIACONORUM

EDITIO TYPICA ALTERA



TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS